



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 128. Juvenis Maurorum Rex tributarius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1483.

§. CXXVIII.

*Juvenis Maurorum Rex tributarius  
Castellæ.*

Cum interea Lucennæ vicitria Hispanorum arma florerent, Ferdinandus in Granatensium agros cum valido militi populusbundus excurrit, cunctaque loca Illoræ ac Montefrio circum vicina immani strage devastat; demum vero, ut Mauri vires suas partiri compellerentur, simul plures urbes se aggredi simulat; ex improviso tamen, totoque armorum impetu Tacharam munitissimam urbem adoritur, & vi captam solo æquari jubet. Hac expeditione feliciter defunstus, Victor Cordubam reversus est, vixque prima urbis limina salutabat, cum jamjam captivi Regis Oratores accurruunt, illius libertatem exoraturi, premisso solemniter facto, se Ferdinando atque Isabellæ perpetuo fidei obsequio Granatensis regni jura asserturos; spondebant etiam, se duodecim aureorum millia pro tributo, tantamque pecuniarum sumam, quanta peteretur, in numerata datus, Ab his oblatæ conditiones acceptantur, ad id potissimum Cardinale de Mendoza Isabellam permovente; qua propter

Sæcul. XV.  
A. C. 1483.

propter Maurorum Rex non solum libe  
tati asseritur, sed eidem subsidia quoq  
adversus Patrem suum spondentur,  
tamen lege, ut præter duodecim aure  
rum millia, quæ pendere promis  
trecenta etiam mancipia traderet.

Juvenis iste Princeps vix libertati  
stitutus, Granatam revertitur, eum con  
tantibus factionis suæ præcipuis, q  
eidem usque ad regni fines obvi  
processerant. Verum non sine inge  
stupore comperit, quod Civium anim  
tanto in eum odio accensi essent, quam  
favore paulo ante eosdem sibi additi  
experiebatur; quippe propudiosis, qu  
cum Castellæ & Arragoniæ Regibus  
ierat, concordiæ legibus suorum in  
diam in se concitabat, cunctis ægerin  
ferentibus, quod regnum suum Castellano  
rum imperio perpetuo onere tributariu  
effecerit, hinc adeo invaluit Ma  
rorum indignatio, ut quamplurimi  
relieto ipsius Patrui partibus adha  
rent, illumque per contemptum juve  
nem Regem Chianito id est pueru  
vel infelicem atque infortunatum  
pellarent.

§. CXXIX